

✠ Quoniam et secundum deum. et homines laudabile est benefacere. et quod iustum est sancte ecclesie donare. idcirco Ego constancia francorum regis filia. et quondam domini. boamundi antiocheni principis. magne et immortalis memorie uxor. una cum Karissimo filio meo boamundo. pro anima prenominati viri mei domini boamundi. et pro animabus parentum nostrorum. et ut dilectus filius meus boamundus. filius et heres eiusdem viri mei domini boamundi intercessione semperque virginis dei genitricis marie. honorem. dominationem. atque longevam vitam habeat. donamus. et concedimus firmiter per hunc nostrum preceptum *sancto monasterio de aversa*. Obedientiam sancti nicholai de beteto cum omnibus suis pertinentiis. et obedienciam sancte catherine eiusdem beteti. et basilivianum. Concedimus et confirmamus prefato sancto monasterio obedientiam sancte chenapure de pulicoro. et obedienciam beati petri de babania. et obedienciam. sancti aroncii de civitate tarenti. et Obedienciam beate. et gloriose marie de grana. cum omnibus pertinentiis predictarum obedienciarum. vineis. olivis. terris. puteis. et cisternis. Damus. et otrizamus (1) prefato sancto monasterio de aversa pro anima prenominati viri mei domini boamundi. et animabus parentum nostrorum. quinque piscatores in tarento. videlicet istos. Amicum. filium sichiniciarii. et ducam fratrem eius. et Maurum fratrem eorum. et Georgium filium pudarii. et Angelum fratrem eius. Ita vero. ut isti quinque piscatores non habeant in mare parvo ad piscandum nisi solummodo tres lentrone. et de istis tribus lentrone non donent terciam. nec aliquam consuetudinem alicui nostro ordinato.

✠ Poiché sia secondo Dio che secondo gli uomini é lodevole fare del bene e che é giusto donare alla santa chiesa, pertanto io Costanza, figlia del re dei Franchi e moglie del fu domino Boemondo principe di Antiochia di grande e immortale memoria, insieme con il mio carissimo figlio Boemondo, per l'anima del prenominato marito mio domino Boemondo e per le anime dei nostri parenti e affinché tu diletto figlio mio Boemondo, figlio e erede dello stesso mio marito domino Boemondo, per intercessione della sempre vergine Maria genitrice di Dio, abbia onore, potenza e lunga vita, doniamo e concediamo fermamente mediante questo nostro precetto *al santo monastero di aversa* l'obbedienza di san Nicola di **beteto** con tutte le sue pertinenze e l'obbedienza di santa Caterina dello stesso **beteti** e **basilivianum**. Concediamo e confermiamo al predetto santo monastero l'obbedienza di santa **chenapure** di **pulicoro**, e l'obbedienza del beato Pietro di **babania**, e l'obbedienza di sant'Aronzo della città di **tarenti**, e l'obbedienza della beata e gloriosa Maria **de grana**, con tutte le pertinenze delle predette obbedienze, vigne, oliveti, terre, pozzi e cisterne. Diamo e concediamo al predetto santo monastero di **aversa**, per l'anima del prenominato marito mio domino Boemondo e per le anime dei nostri parenti, cinque pescatori in **tarento**, vale a dire questi: Amico, figlio di Sichinicario, e Duca suo fratello, e Mauro loro fratello, e Giorgio figlio di Pudario, e Angelo suo fratello. In modo che invero questi cinque pescatori non abbiano nel **mare parvo** per pescare se non soltanto tre lontre e di queste tre lontre non diano la terza né qualsiasi consuetudine ad alcun nostro subordinato. Infatti se qualsiasi uomo

Nam si aliquis homo voluerit violare. seu corrumpere hoc nostrum preceptum. noscat se nostrum amorem perdere. exinde componat micalatos centum. et preceptum nostrum firmum. et stabile in perpetuum permaneat. Unde ad perpetuam securitatem. et defensionem prefati monasterii. iussi scribi hoc preceptum per manus fulconis nostri notarii. et cum plumbea bulla ex nostro solito tipario expressa bullari eique dare precepi. Anno dominice incarnationis Milleno Centeno Quintodecimo. Mense martio Indictione Octava.

- ✘ Signum Manus boamundi.
- ✘ Signum manus domine Constancie.
- ✘ Signum manus. Hugonis talabotti.
- ✘ Signum manus goffridi de tarento.

volesse violare o alterare questo nostro precetto sappia che perderà il nostro affetto e di poi paghi cento michelati e il nostro precetto rimanga per sempre fermo e stabile. Pertanto a perpetua garanzia e difesa del predetto monastero comandai che fosse scritto questo precetto per mano di Fulcone nostro notaio e che fosse contrassegnato mediante l'impressione con la bolla di piombo mediante il nostro solito sigillo e che fosse a lui data. Nell'anno millesimo centesimo quindicesimo dell'incarnazione del Signore, nel mese di marzo, ottava indizione.

- ✘ Segno della mano di Boemondo.
- ✘ Segno della mano di domina Costanza.
- ✘ Segno della mano di Ugone **talabotti.**
- ✘ Segno della mano di Goffredo di **tarento.**

Note:

(1) De verbo *otrizare* ea quidem significatione usurpato, ut verbis *dare* atque *concedere* omnino respondeat, in nostris patriis monumentis mentio saepenumero occurrit.